

Grimmis claustrum de novo construere proponant nec ad consummationem ipsius proprie sibi suppetant facultates, omnibus vere penitentibus et confessis, qui de bonis a deo sibi collatis ad tam pium opus suas elemosinas contulerint, xx dies et unam karrenam de omnipotentis dei misericordia ac beate Marie virginis matris eius sanctorumque apostolorum Petri et Pauli ac nostra confisi auctoritate de iniuncta ipsis penitentia cum adhibitione consensus diocesani misericorditer relaxamus. Datum Grimmis anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> III, III nonas iunii, pontificatus nostri anno vicesimo.

(S.)

## 263.

*Rupert, Erzbischof von Magdeburg, erteilt denjenigen, welche die Nonnen in Grimma beim Neubau ihres Klosters unterstützen, vierzigjährigen Ablass.* Magdeburg, 1266 Dec. 5.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 682. Das S. des Ausstellers an Pergamentstreifen.*

Rupertus dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus omnibus Christi fidelibus litteram hanc visuris salutem in domino Ihesu Christo. Quoniam, ut ait apostolus —. Cum igitur ancille Iesu Christi sanctimoniales Cisterciensis ordinis in Grimme necessitate compellente multimoda claustrum suum de novo construant nec illud de propriis sumptibus consummare valeant, omnium fidelium Christi subsidia coguntur humiliter implorare, super quo devocionem universorum in deo sperancium digne duximus ammonendam exhortantes et rogantes in domino et in remissionem peccatorum iniungentes, ut principaliter pro nomine solius dei et ob amorem sue gloriose virginis et matris ad complementum predicti operis suas dignentur pias elemosinas elargiri. Nos igitur auctoritate et misericordia dei omnipotentis confisi omnibus vere confessis et contritis, qui predictae fabrice manum porrexerint adiutricem, \*quadraginta\*) dies indulgencie de iniuncta penitentia misericorditer relaxamus. Preterea indulgencias episcoporum eidem fabrice concessas ratas habemus coram domino Ihesu Christo. Datum Magdebure anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> VI, nonas decembris, pontificatus nostri anno vii, presentibus post consumacionem operis minime valituris<sup>b</sup>).

(S.)

## 264.

*Markgraf Heinrich der Erlauchte beurkundet, daß er auf dem Landding zu Lommützsch dem Jungfrauenkloster in Grimma das von demselben dem Albert Trugseß von Burne abgekaufte, ihm aufgelassene Allod Wolfheim geeignet und statt dessen fünf Hufen in Chotewitz zu Burglehen des Schlosses Torgau erhoben habe.*

Tharandt, 1267 Aug. 10.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 711. Das stark beschädigte Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner Taf. III, 6) an Fäden von grüner, rother und weißer Seide.*

*Gebr.: Hasche Magazin 6, 199 ff.*

*Ann.: Vergl. Knabe Gesch. der Stadt Torgau 38.*

Heinricus dei gracia Misnensis et Orientalis marchio omnibus hanc litteram inspecturis | in perpetuum. Mundus interit et mundane simul intereunt actiones. Ne

263. a) qudraginta. b) Der Schluß von presentibus ab von anderer Hand.